Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



que mala sequantur denuntiat. ut nos ab amo
R re eius compescat. Hierusalem plantabis uineam
in montibus tuis et exultabis quia dies domini ueniet
surge syon conuertere ad deum tuum gaude et leta
re iacob. quia de medio gentium saluator tuus
ueniet. V Deus alibano. Saluat.

Appropinquantem eius terminum quante percussi
ones preueniant innotescit. ut si deum me
tuere in tranquillate nolumus saltim uicinum
eius iudicium uel percussionibus attriti timeamus.
R Egredietur dominus de samaria ad portam que respicit ad
orientem et ueniet in bethelem ambulans super aquas
redemptionis uide tunc saluus erit omnis homo
quia ecce ueniet. V Deus alybano. Tunc saluus

Huic et enim lectioni sancti euglii quam modo uestra
fraternitas audiuit paulo superius dominus pre
misit dicens. Exurget gens contra gentem. et
regnum aduersus regnum et eruit terre motus
magni per loca. pestilentie et fames. et quibus
dam interpositis. hoc quod modo audisti adiun
R Radix iesse qui exurget iudicare gentes in eum
gentes sperabunt. et erit nomen eius gloriosum et
benedictum in secula. V Ex syon species decoris. Et erit

Et erunt signa in sole et luna et stellis et
in terris pressura gentium per confussione soni
tus maris et fluctuum. Ex quibus perfecto omnibus
alia iam facta cernimus. alia e proximo uen
tura formidamus. R Rex noster aduenit a pre
quem iohannes predicabat agnum esse uenturum.